CONRADUS DE SOLTAU

Entstehungsort unbestimmt, 1421

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35120
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



ponit cantiones psalmi David. sive
instrumentum sicut organa. vel psal
mum precebat sicut chorus seque
batur tunc etc. ponit psalmi
cantiones David ut hic. Et huius
intellectus exponendus est psalmus ille
ut dicit magr. Nicolaus de ly
ra. quicunque a leuitis decantari
in quadam solempnitate speciali hor mo. Ra leuite hunc psalmum
decantabant sicut diuisi in
duos choros. qui cantabant al
ternatim. vel huius psalmi cantiones in
quodam tonatu. vnus chori ad
respondendum alium. Et ita quilibet cho
rus leuitarum in cantu huius psalmi fuit quasi vltimus sive po
tentior. Et ille modus sicut cantan
dus erat quasi vltimus et excel
lentissimus in ara laudis diuine.
Et quia finis habet rationem vlti
mi et optimi. ut dicit philosophus. ideo
dicit in titulo in fine psalmi
et additur cantico propter singu
larem solempnitatem in cantu
huius psalmi obsinuata. Et ad hoc
concordat titulus huius psalmi
apud hebreos qui talis est. Ad
victoriam in organis psalmus David.
Dicit Sabigalon quod dicit in titulo
ad victoriam. Ra thari leuitarum
in cantu huius psalmi nitebantur se
mutuo vincere. Et dicit in orga
nis. Ra quia solempnitatem contin
gebat ipse psalmum cantari in
tali instrumento musico. Ad idem
etiam satis concordat videtur titu
lus huius psalmi qui ponitur
in septuaginta in translatione nostra
hebraica veritate. qui talis
est victori in psalmis cantici
David. Ex omnibus istis titu
lis satis apparet auctor huius
psalmi sed materia eius non
apparet. Et quia hoc tam apud
hebreos quam apud latinos multum
varie etiam quantum ad sensum litte
ralem exponitur. ille psalmus. Sed
pretermissis aliis sensibus litte
ralibus quos pertinent ad prima sensum
illum literalem quem ponit magr
Nicolaus de lyra. Ra ille inter
pretes videtur magis concordare
hic et rationi. Et ut intelligamus
illum sensum retro ad materiam cui
dam historie in primo libro legitur. Ad postquam David per
cussit Goliam philisteum et re
uitebatur de Sho cum rege Saul.
Et reducebantur milites de vni
uersis urbibus in istel in occursum
Saul cantantes et choros ducen
tes in tympanis letitie dicentes
Saul percussit mille et David
decem milia. Et iratus fuit
Saul nimis et non rectis oculis
aspiciebat David. ex dicta illa et
decimo capitulo historia c. 1. Reg. 18. Et
sic Saul persequebatur in antea
David quaerens animam eius. Et
contingit quadam vice quod Saul
et exercitus eius in modum coro
ne tangebant David et viros
eius. Et desperabat David se
posse euadere a furore Saul. Sed
venit nuncius ad Saul dicens
festina et veni quia insurgit
se philisteis sup tra. Et sic re
uersus fuit Saul desistens
persequi David. historia legitur
1. Reg. 18. Et sic deo disponente li
beratus fuit David de manibus
Saul et per gratiam patronum debe
nefico liberatorem fuit hunc
psalmum. Qui sicut hor diuiditur
in tres partes. In qua parte prima
rex David et ipsa deo reddit
gratias pro sui liberatione. In 2a
reprehendit aduersarios pro
iniqua persecutione sicut ubi